



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 14. Guisius Dux prope Aureliam occisus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

Sæcul. XVI. rebellium caput evaserat, Belsiam per.
A.C. 1563 agrabat, ut reliquum hyemis tempus
 in Secalonensi, & Bituricensi ditione
 transigeret, ubi a Calvini fautoribus
 Ecclesiæ diripiebantur, fusisque vasibus
 argenteis inde militibus stipendia nu-
 merabantur, nec minus Sulliacum exi-
 guum quoddam oppidum die decima
 quarta Januarii hoc anno Domini quin-
 gentesimo sexagesimo tertio supra mil-
 lesimum capiebatur, dum triginta Sa-
 cerdotes misere trucidati, & plures alli
 in Ligerim flumen projecti sunt.

§. XIV.

*Guifius Dux prope Aureliam
occisus.*

Thu. l.c.

Sub idem tempus Guifius Dux, qui re-
 giis copiis præerat captoque Mont-
 morentio Connestabili plena fruebatur
 auctoritate, Stampas, & Pluverium re-
 recuperabat: postquam vero Colinus eun-
 dem Ducem cum Regis exercitu Au-
 relianensi urbi appropinquare compere-
 rat, ipfus eo prompte accurrit, ut hanc
 civitatem pro diurna, ac valida expu-
 gnatione munitam redderet: cum au-
 tem se illuc includere nollet, An-
 delotum Fratrem suum ibidem reliquit,
 ut urbem propugnaret, ipse autem cum
 Germano equitatu Normaniam versus
 contendit, ut ibidem pecunias sibi ab
 Anglis

Anglis transmissas reciperet. Dux ^{Sæcul. XVI.} Guius, cum se Calvinistas extirpatum speraret, si Aureliam sibi subjiceret, copias suas huic urbi admovit, atque illam die sexta Februarii obsidione cinxit: Verum præmatura illius mors hujus expeditionis successum præpedivit, quippe Dux sclopeti i^ctu a Joanne Politroto Engolismensi Nobili, ac Calvinianæ festæ addictissimo die decima octava Februarii periculose feritur, cumque hoc vulnus lethale esset, die vigesima quarta ejusdem Mensis Dux animam Deo reddidit. Perpetrato hoc scelere mox Politrotus ad Aurelianensem sylvam auffugit, sed altera die captus, ac die vigesima prima quæstioni subjectus paucis post diebus in eum mortis sententia pronuntiata est, sed Parisios abductus, ut ibidem extremo afficeretur supplicio, inter tormenta animam egit: cum autem manifestasset, quod a Colinio Maris Præfecto ad trucidandum Guisium sollicitatus fuisse, hic, ut crimen a se amoveret, apologiam vulgavit, quæ tamen ferme nulli veritatis suspicionem ademerat, quamvis eidem parcere consultum videretur, atque aliunde temporis vicissitudines cogerent, ut saltem eum, cum innocens credi non posset, tanquam reum condemnare nemo auderet. Pariter

Sæcul. XVI. riter Theodorus Beza, qui turbulen.
A.C. 1563. tis suis sermonibus ad seditionem plu-
rimum conferebat, cum haud ultra tu-
tum sibi in Galliis asylum fore cen-
seret, Genevam auffugit, ubi continua-
ta in veram Religionem rabie tumul-
tuabatur.

§. XV.

*Reginæ studium de Wittembergensi
Duce in Franciam advocando.*

Edem tempore Regina Franciæ Ad-
ministratrix, cum suam au^rorita-
tem, quam per Guisum Ducem posse-
derat, ex illius obitu imminui pertime-
sceret, saepius Henricum Clutinium Oi-
sellum, & Lemovicensem Episcopum
ad Condæi Principis uxorem, & ad An-
delotum allegabat, ut cum illis de pa-
cis conditionibus ageret: Attamen Re-
gina postmodum verita, ne suæ domi-
nandi libidini magna Condæi Princi-
pis au^roritas obstaret, in rerum ad-
ministratione secundum a se locum Chri-
stophoro Wirtembergæ Duci, ac Ger-
maniæ Principi vendicare statuit, hanc-
que in rem Rascalonem olim Guisio
Duci addic^tissimum ad eundem decre-
vit, dato negotio, ut hunc Principem
in Gallias, aut saltem ad regni fines ac-
cedere rogaret, cum illinc quoque pro-
tinus contendere, Regina polliceretur.

Exce-